



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor mellifluus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

TIO CONSIDERATIO  
XXVIII.

AMOR DEI,

*Canticum Cordis.*

Quid rei est Amor? *Cordis gaudium*, *cordis can-*  
*tionum*, & *jubilus animæ*: quia æstimationi  
 neque solùm præfert increatum  
 sed etiam delectatur in illo. *Beatus, qui in-*  
*ferat multo beator, qui canit cantica canticorum.*  
 etiam Origines. Beatus, qui percipit intellectu bona  
 sed multo beator, qui per affectum gustat

est amor fructuosis, amor satietatis, quem exer-  
 citari in celo. *Sic affici, Deificari est*, ait Ber-  
 namur. Ego verus Amor animæ, est affectus cordis;  
 cordis, est canticum Spiritus. Ita cantabat  
 Mater Dei, cum dicebat, *Exultavit spiritus meus*  
*in salutari meo.*

Ego qui vivit semper amando, vivit semper casti-  
 tate exultando, vivit jubilando eo jubilo cor-  
 dicto, qui sentiri potest, explicari non potest.  
 caritas cordis amantis, sed veri amantis; amantis  
 amantis cælum, amantis æternitatem.

CONSIDERATIO  
XXIX.

AMOR DEI,

*Amor mellifluus.*

Quis interroget, quid sit Sanctus Amor, respon-  
 det, *melos, & jubilus: mel in ore, melos in aure.*  
*jubilus*

*jubilus in corde.* S. Bernardus. Mel in ore dulcissimum, melos in aure suavissimum, jubilus in corde preciosissimus. Est mel, in cujus comparatione omne nectare pro felle habendum est: est harmonia, cui comparata omnis Musica mundi, videtur turpis dissonantia: est jubilus, qui spatietur in immensitate Dei, quod infinitate, durat in æternitate.

Quam verum est, quod *meliora sint uberrima*, alij legunt, *amoras tui vino!* Suavitas Amoris cum infinito excessu, superat omnem consolationem amoris terreni. Quia, ut S. Thomas ait, *consolatio vina est universalior*, quia afficit totum hominem, *timior*, quia penetrat intima cordis: & *durabilior*, non finitur cum vita præsentem; sed durat etiam in æternitate futura. Has conditiones non habent voluptates mundi, ut manifestum est.

Si ergo desideras transferri velut in paradysum, ingredi mansiones cœlestes, bibere fontem vitæ æternitatis, accipere æternum actum Amoris, dic ex intimo corde, *domine, amabo semper versuta bonum.* Per hunc actum melis in lingua, aures resonabunt melodia cœlesti, Cor præ vero gaudio & voluptate, nec sciet, nec sentiet aliud, quam amorem.

## CONSIDERATIO XXX.

AMOR DEI;

*Sigillum cordis.*

**D**uo effectus habet sigillum naturale: conservaturam, quæ in charta est, ne possit deleri, & prohibet, ne aliud possit inscribi de novo. Idem facit naturale sigillum Amoris Divini in anima: conservaturam, & prohibet profanum amorem. O Amor Divinus, *signaculum super cor meum*, obsigna cor meum, ut non sum sit mundo, carni, ac dæmoni. *Quod scriptum est in corde meo sanctum*, & purum amorem: non alius amor introducatur.